



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad  
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo  
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Sessio tertia, & vltima.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10502**

Inter alia Reuerendiss. Episc. Cremonen. ad cognoscendum super causis absentiae Illustriss. Metrop. deputatus, in hanc sententiam retulit.

Relatio Reuerend. Cremonensis Pro absentia Illustriss. Metropolitani.

**E**go Nicolaus Episc. Cremonensis in Hoc vj. Concilio deputatus ad iudicandum de facultate absentiae Illustriss. Metrop. concessa, refero, me causas absentie præf. Illustriss. & Reuerendiss. Do mini Metrop. a Reuerendiss. Episcopo Derthonensi antiquiori Prou inciæ Episco. comprobatas, diligenter & mature considerasse, & illas iustas, & legitimas, ac notoriæ veras ab hac vj. Synodo iudicandas esse.

Quibus auditis Reuerendiss. Patres ita decreuerunt.

Decretum pro Illustriss. Metropolitano super præfata absentia.

**A**vidita Reuer. Promotorum instan- tia, nec non diligenter cognitis & perspectis absentiae Illustriss. & Reuerendiss. Metrop. causis, & considerata ab sentia facultate scripto data a Reuerendiss. D. Episc. Derthonen. antiquiore hu- ius Prouincie suffraganeo, Reuerendiss. Patres facultatem prædictam & absentiae causas legitimas esse vnanimi consensu decreuerunt & iudicarunt.

Quoniam non fuit instituti nostri Congregaciones omnes, quæ habite sūt, hoc loco describere, hæc ut infra de illarū ratione admonere voluimus.

Toto hoc Synodali tempore, præterquam festiis diebus, habite sunt Congregaciones Reuerendissimorum Episcoporum coram Illustr. Cardinali Metropolitano; priuatae quidem quotidie, mane & vesperi; in quibus semotis omnibus inter se se agebant Episcopi. Congregaciones vero publicæ ter in hebdomada habebantur, feria scilicet vj. fer. ij. & fer. iiij. ante diem sessionis: in quibus initio liberum erat cuique ingredi, & quæ voluisset proponere, & præsentibus cunctis, vocabantur ordine ab Archidiacono, ex forma iam supradicta, si

qui aliquid proponere vellent.

Postea dimissis omnibus, præter procuratores Episcoporum absentium, Procuratores Capitulorum, & Testes Synodales, ac etiam vicarios Episcoporum præsentium, & si qui alij ex gratia admettebantur, agebatur de negotijs conciliaribus, & publicè proponebatur, quæ inter Patres in priuatis Congregationi bus fuerant examinata.

In Congregatione vero fer. iiiij. diem sessionalem præcedentis, legebantur omnia decreta in priuatis & publicis Congreg. iam proposita, quæ in sessione sequenti erant promulganda.

Singulis diebus, quibus Congreg. habebantur, mane & vesperi habebatur lectio per duos Theologos; mane de disciplina Ecclesiastica, vesperi vero super psalmos: quibus lectionibus familiæ Episcoporum, & alij qui voluissent, intererant.

Eodem tempore, præter Congregationes priuatas Episcoporum, habebantur etiam Congregationes Theologorum, vel Canonistarum, vel de ritibus, & aliæ de quibus supra, super ijs punctis, quæ ei Congregationi examinanda a Patribus vel a Metropolitano remittebantur.

#### Sessio tertia & ultima.

**I**n Nomine Domini. Anno a Nativitate eiusdem Millesimo quingentesimo octuagesimo secundo feria iiij. vige simu tertio mensis Maij, Indictione decima, Pontificatus Sanctiss. D.N.D. Gregorij diuina prouidentia Papæ XIII. anno vndecimo.

Illustriss. & Reuerendiss. in Christo Pater D. D. Carolus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis tituli Sæctæ Praxedis, Dei & Apostolicæ sedis gratia Archiepiscopus Sanctæ Ecclesiæ Mediolanensis, celebraturus tertiam & ultimam sessionem, Deo bene iuuante, huius Concilij vj. Provincialis, pro hoc præsenti die in superiori secunda sessione legitime indictam, hodie horæ decima tabellis publicè propositis pariter indicta & significata, ex ædibus Archiepiscopalibus discedens, ad Basilicam

L. 2. Me.

Metrop. accessit, infra scriptis Reuerendiss. D. D. Episc. ac Reuer. Capitulo & clero vniuerso Metrop. comitatibus. Accessus huiusmodi non fuit solennis, sed qualis supra in 2. sess. descriptus est.

Reuerendiss. Episc. Bergomen. Missam solennem de more celebravit; eaq; absolta, Illustriss. Metrop. pluuiiale & mitram induit: idem faciunt Reuerendiss. Patres, in sessionem descendunt, & per Diaconum Illustriss. Metropo. assententia indicta est oratio mentalis consueta formula per Archidiaconos: [orate;] tum per alterum assententem modico interiecto spatio temporis, illa vox pronunciatur, [Erigite vos.] Ac per Illustriss. Metrop. statua oratio, [Adsumus sancte Spiritus] recitatur. Litanie alternis choris canuntur, cum adiunctis orationibus: mox Euangelium, luminibus accensis, & Thuribulo, in quo prius Illustriss. Metrop. incensum posuerat, exhibitis, per Reuer. D. Archidiaconum de suggestu cantatum est. Absoluto Euangelio, Reuerendiss. D. Episc. Bergomensis, binis diaconis pretiosioribus vestibus induitis comitantibus & assententibus, pro concione habenda, pluuiali & mitra, non simplici, neque tamen pretiosa, frigio leuiter elaborata, qua etiam in Missa vsus est, suggestum ascendit. Concionem habuit mira sanè eloquentia & pietate refertā, & in interpretatione sacre lectionis Evangelicæ positam.

Concione absoluta, & Reuerendiss. Patribus Dominis Episc. Derthonen. Cremonen. Bergomen. Brixien. Asten. Alexandrin. Alben. Iatimillien. & Casalen. suis loco & ordine in sessione confidentibus primò, deinde assurgentibus, hymno [Veni Creator,] decantato, cum iterū Illustriss. Metrop. & Reuerendiss. Patres consenserint, comparuerunt RR. Promotores & institerūt pro decretis promulgandis.

Mox Reuer. D. Archidiaconus, praesente Magistro cæremon. accessit ad Illustriss. Metrop. & de eius manu fasciculum decretorum promulgandorum reuerenter accepit, & ascendens ambonē, statam præfatiunculam alta voce enunciavit.

In Nomine sanctæ & Individuæ Tri-

nitatis, Patris & Filij & Spiritus sancti. Amen. Nos Carolus S.R.E. tit. S. Præx. dis Presbyter Card. Dei & Apostolicae sedis gratia Archiepiscopus Mediolani, ad Dei Omnipotentis, Beataeque Mariæ semper Virginis, & Sancti Ambrosij Confessoris, & beatorum martyrum Prothasij, & Geruasij patronorum nostrorum laudem, hæc pro Christianæ morum disciplinæ conformatio, qua clerum populumq; fidei nostræ concreditum prælucere totis in Christo visceribus expetimus, in hac sessione tertia promulganda proponimus.

Et statim descendēs, decreta promulganda cancellario tradidit: quæ de eodem suggestu alta & intelligibili voce enunciauit. Omnibus decretis lectis, sententiam Reuerendiss. Patrum de suggestu vniuersè rogauit. deinde descendēs, singulorum sententiam ordine rogauit: & cum omnes, [Placent,] simpliciter respondissent, hoc Illustriss. Metropo. de more retulit; qui dixit, [Decreta modò lecta & promulgata placuerunt omnibus, propterea Deo gratiæ agèdè sunt.] & Responderunt Reuerendiss. Patres, [Deo gratias] Mox Illustriss. Metropo. hanc promulgationem decretorum concordi Reuerendiss. Patrum sententia approbatam, de suggestu per Reuer. D. Archidiaconum enunciari in hæc verba iussit.

In Nomine sanctæ & Individuæ Trinitatis, Patris & Filij & Spiritus sancti. Amen. Nos Carolus S.R.E. tit. S. Præx. dis Presb. Card. Dei & Apostolicae sedis gratia Archiepiscop. Mediolani, ad Dei omnipotentis, Beataeque Mariæ semper Virginis, & Sancti Ambrosij Confessoris, & beatorum martyrum Prothasij & Geruasij Patronorum nostrorum laudem, pro Christianæ morum disciplinæ conformatio, qua clerum populumque fidei nostræ concreditum prælucere totis in Christo visceribus expetimus, ea omnia & singula qua lecta & promulgata iam nunc sunt, de consilio & assensu Reuerendiss. D.D. Coepiscoporum nostrorum, in Concilio Prouinciali Mediolanensi sexto decernimus statuimus & sancimus.

Et cum iam hora esset tarda, & ultra meridi-

meridiem peruentum esset, omniaq; in hac 3. & vlt. sess. peragenda, præ angustia temporis in praesentia absolui non posse, Reuerendi Promotores institerunt pro continuatione praesentis sessionis.

Illustriss. Metrop. sententiam Reuerendiss. Patrum prius habendam cœsunt; id eo de suggestu eam vniuersè his verbis Cancellarius rogauit,

Reuerendiss. Patres, cum omnia quæ in hac sessione ritè promulganda sunt, præ temporis breuitate hodie mane ab solui non possint; Placet ne nobis hanc ipsam sessionem continuari hodie post vesperas?

Et cū omnes, [Placet] simpliciter respondissent, de mandato Illustriss. Metro po, iterū suggestum ascendens continuationem indixit.

Demum Reue. Promotores vt de omnibus & singulis in praesenti sessione peractis publicum conficeretur instrumentum, institerunt & rogarunt.

Et cum sessio minimè absoluta esset, sed hodie post vesperas foret continuanda, Illustriss. Metrop. non benedixit; sed assurgentis omnes, in eodem loco sessionali sacras vestes exuerunt, & prece breui ante sanctissimum Sacramentum perorata, in ædes Archiepiscopales redierunt.

#### Continuatio tertiae & ultimæ sess. Post vesperas.

**H**odie post xvij. horam Illustriss. Metrop. ante continuationem sessionis officium vesperarum de vigilia Solennitatis Ascensionis D.N. in Pontificalibus celebratur, in ædibus Archiepiscopalibus in loco ad id constituto pluiale & mitrā pretiosam induit, & Reuerendiss. Epis. ac Reue. Cap. consuetis vestibus induit, reliquoq; clero Metrop. comitante, accessit ad Metrop. ibi induitis prius sacris vestibus de more a Cap. vesperæ celebratae sunt. Quibus absolutis Reuerendiss. D.D. Episco. omnes induant pluiale & mitram simplicem, & in sessionem descendunt: & facta prius oratione mentali, Illustriss. Metrop. de libro statam orationē, [Adsumus Sancte Spiritus] recitauit. Mox om-

Pars III.

nibus confidentibus, de mandato ipsius Illustriss. Domini decretum unum quod de Vicario Episcopi, vt sacris ordinibus initatus sit, appellatur, ascendens suggestum Cancellarius promulgauit, & sententiam Reuerendiss. Patrum super eodem decreto vniuersè rogauit, & gratiæ de more actæ sunt.

Postea Reue. Promotores pro lectio ne regularum Canonicarum ex veteri instituto in Concilio Provinciali habenda institerunt.

#### Instantia de regulis Canonicis.

**I**llustriss. & Reuerendiss. Metrop. Illud institutum est, atque in huius Provinciæ more positum, vt Reue. Episcopis Regulæ Canonicae in Synodo legantur: Ideo instamus humiliter, vt illæ de suggestu pronuncientur & legantur.

Tum Illustriss. Metrop. regulas canonicas legendas esse decreuit, ac certa loca ex quibus desumptæ fuerunt, Cancellario assignauit, qui ascendens suggestu omnia ordine infra legit & pronunciauit.

#### Decretum de legen. reg. Canonicis.

**C**VM ex sacro sancta canontum auctoritate iam pridem statutum sit, canonicas regulas œcumenicis concilij traditas in Synodis provincialibus legi debere, eas autem omnes recitari nō patiatur angustia temporis: idcirco expedire visum est, nonnulla sacri Concilij Tridentini decreta ad Episcopos pertinentia diligere, quibus adiungendas censuimus sueiores cōstitutiones eas, quæ quasi regulæ quædam canonicae, Episcopalis vitæ rationem, officia, & partes maximè attingunt. Hęc omnia publicè legi volumus, vt illa etiam atq; etiam repetita, eoq; diligentius animis & mentibus impressa, quò maximo studio fieri potest, inviolatè obseruantur.

#### De Concilijs Provincialibus, & Diocesanis.

**E**X Concilio Tridentino sess. 24.c.2.  
Ex Provinciali 4.ti. de Synodo Diocesana.

L 3 De